

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Dissertatio Theologica De Christo Sponsore Et Mediatore Foederis Gratiae
Ejusque In Statu Quoque Exinanitionis Omnipræsentia**

Tvbingæ: Literis Hiobi Franckii, [1713]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892491973>

Druck Freier  Zugang





107.

Fa-1092 (107.)

DE

CHRISTO
SPONSORE ET ME-
DIATORE FOEDERIS
GRATIAE
*EJUSQUE IN STATU QUOQUE
EXINANITIONIS*
OMNIPRÆSENTIA

Quam

Favente supremo Numine

P R A E S I D E

DN. JOH. WOLFGANGO JÄGERO,
S.S. Theol. D. Consiliario Ducis Würtembergiæ Can-
cellario, Universitatis Tübinger Professore Primario, Ge-
nerali Superintendentem atque Abbatem
Adelbergenſi.

DEFENDET

M. CORNELIUS WILHELMUS HOFFSTETTER,
Stuttg. S. Theol. Stud.

Ad Diem 9. Augusti MDCC XIII.

T U B I N G A E,
Literis HIOBI FRANCKII.

SERENISSIMI WURTEMBERGIAE
DUCIS

SENATUI ECCLESIASTICO
PER INCLUFO
VIRIS,

MAGNIFICO, SUMME REVERENDIS, CONSULTISSIMO,
AMPLISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS ATQUE
DIGNISSIMIS,

DN. JOHANNI OSIANDRO, POTENTI^{SSIMO} SUECIAE REGI, A CONSILIIS S. SERENISSIMI
WURTEMBERGIAE DUCIS INTIMO STATIS CONSILIARIO ET
CONSISTORII DIRECTORI EMINENTISSIMO & COENOBII HIRSOVIENSIS
ABBATI, ORDINUMQUE PROVINCIALIUM IN SENATU SELECTIORE
SYNEDRO GRAVISSIMO.

DN. JOH. FRIDERICO HOCHSTETTERO,
S. S. THEOL. DOCTORI PROFUNDISSIMO, DUCALIS
CONSISTORII ADSESSORI, SUPERINTENDENTI GENERALI AC
COENOBII DENCKENDORFFENSIS PRÆPOSITO GRAVISSIMO.

DN. JOHANNI PHILIPPO DATT, JC TO
CELEBERRIMO, SERENISSIMO WURTEMBERGIAE DUCI
A CONSILIIS JUSTITIAE, SENATUS FISCIQUE ECCLESIA-
STICI ADVOCATO NOBILISSIMO.

DN. CHRISTOPHORO ZELLERO, EC-
CLEIAE CATHEDRALIS STUTTGARDIANÆ, COENO-
BIQUE ALBÆ DOMINORUM ANTISTITI NEG NON CON-
SISTORII ADSESSORI GRAVISSIMO.

DN. ANDREÆ ADAMO HOCHSTETTERO,
S. S. THEOL. DOCTORI CELEBERRIMO, EJUSQUE IN
ALMA EBERHARDINA PROFESSORI ORDINARIO, SERENISSIMI
WURTEMBERGIAE DUCIS CONCIONATORI AULICO PRIMARIO
ADSESSORI CONSISTORII & COENOBII S. GEORGIANI
PRÆSULI DIGNISSIMO.

Omnibus & Singulis

Dominis suis Promotoribus atque Patronis
submissâ, quâ par est, observantia sanctif-
fime colendis atque Devenerandis

Hasce frugum Theologicarum primitias

offert, & consecrat

TANTORUM NOMINUM

Cultor observantissimus

RESPONDENS



DE
CHRISTO, SPONSORE
ET MEDIATORE FOEDERIS
GRATIÆ.

Tota nostra salus stat in *Articulo de Christo*, cùm is sit Reparator, Sponsor & Mediator noster in fœdere Gratia, & Testator.

Nota: Primò, Christum in V. Testamento primo patefactum fuisse sub nomine *Seminis Benedicti feminini*, vel potius *Virginalis*; postmodum nomen accepisse *Messiae*, quod idem notat ac *Christum*, sive *UNCTUM*.

Nota: 2dò, Quod in libris Prophetarum V. Testamenti, quamplurima extent de hoc *Messia vaticinia*, ut universum penè Prophetarum agmen, in illo conspirarint, & ipse præcipuis quasi unus oraculorum & Vaticiniorum penè omnium sit *sco-pus, compendium & finis*. Hinc in dubium vocato hoc, Unico Religionis capite, tota ruit V. Testamenti vis, ac perit omnis nervus. Quod ex Judæorum Religione patet, qui dum Messiam in V. Testamento non rectè quæsivere, nec invenere, in meris tenebris, quæ Ægypticis crudiores sunt, ambulant.

A

Nota:

Nota: 3tiò, Quod hic Generis humani REPARATOR & Præcursorum habuerit, qui Adventum ejus publicè denunciat; is fuit *Johannes*, à ministerio dictus Baptista; non sine miraculo in Senio genitus, ut esset majoris miraculi in Christo rudimentum, utpote qui ex virgineo utero nullo viri concursu progerminaret, licet fuerit Deus benedictus in seculo.

In miraculo hoc partu, qui ab æterno destinatus, & in tempore ultra NATURAM datus & natus est, Trium potissimum consideranda veniunt. 1mò, Persona admirabilis, ex duabus consistens substantiis. 2dò, Officium triplex, quod summa & Divina fide gessit, & cuius fructus sunt æterni. 3tiò, Status duplex, qui dum fuit SERVILIS, non potuit esse abjectior; dum verò CAPUT postmodum extulit, non potest esse EXCELSIOR, coram quo Cœlum, terra, & infernus genua flectunt; ut suo loco plenius videbimus.

PERSONA ergò Christi ex duabus NATURIS constat; ex DIVINA, quam habuit ab æterno, à Patre æterno, per æternam, veram, propriamque ac substantialem generationem, & ex HUMANA, quæ in tempore ex SANGUINIBUS Matris Virginis extraordinariâ & miraculosâ Spiritus S. operatione producta, atque à FILIO DEI in unitatem hypostatos suæ assumta est.

Nota: Non potuisse opus Redemtionis nostræ peragi, nisi per Θεόνθρωπον, hoc est, Personam, quæ simul esset Deus & Homo.

Debuit esse homo, quia iustitia requirebat, ut peccatum puniretur in eadem natura, in qua commissura fuit. Ezech. 18. v. 4. anima, quæ peccavit, mori debet; & Homo dicitur ὑπόδιος Rom. 3. v. 19, 2. Debuit esse Goël. Es. 49. v. 7. Sed Goël debet esse consanguineus Lev. 25. v. 25. Ruth. 3. v. 12. 3. Fratribus debuit esse similis Hebr. 2. v. 11. 14. 17. Quare etiam Propheta ex Fratribus promissus est Deut. 18. v. 15. 4. Debeat esse Sacerdos & Sacrificium SIMUL, ut Ecclesiam suam sanguine suo redimeret, Alt. 20. v. 28.

Porrò

Porro debuit esse Deus, 1. Quia Creatura finita non potest afferre preium infiniti valoris Deo, quale debet esse preium redemtionis.
 Ps. 49. v. 8. 9. 2. Salus per Jehovam fuit promissa Hos. 1. v. 7.
 3. Deus ipse Ecclesiam per Sanguinem suum redemisse dicitur. Act. 20. v. 28. 4. Debuit ferre iram DEI pro peccatis, quam non nisi omnipotentes humeri ferre possunt. Vid. Deitatem Christi probatam sub titulo de Filio DEI.

VERITAS Humanæ Naturæ in Christo ostenditur ex partibus Essentialibus, item propriis & accidentibus Humanis.

Anima rationalis ipsi tribuitur Matth. 26. v. 38. Lnc. 23. v. 46. Joh. 10. v. 16. 18. quæ non modò prædita potentis inferioribus, quibus esuriit Matth. 4. sitiit, Joh. 19. dormivit, Matth. 8. Sed etiam facultate superiore, Intellectu Lnc. 2. v. ult. Voluntate Matth. 26. v. 39.

Corpus ipsi assignatur Matth. 26. v. 26 quod passum, mortuum & sepulcum: adde Gal. 4. v. 4. Hebr. 2. v. 14.

Hæc due Naturæ, Divina sc. & Humana, arctissime UNITÆ sunt, sic ut Verbum seu FILIUS DEI caro factus dicatur Joh. 1. v. 34. Filius DEI particeps factus dicitur carnis & sanguinis.

Constitut hæc Unitio Primò in Naturæ Divinæ cum Natura humana in una Personalitate τῆ λόγῳ conjunctione inconfusa: Ita ut Persona λόγος terminet in subsistendo humanam naturam; hæc verò terminetur ac personetur, atque ex ἀνθρώπῳ fiat ἐνυπόστατος Joh. 1. v. 14.

Secundò in θεικωσίᾳ seu immeatione & permeatione activa, qua Natura divina τῇ λόγῳ intimè perficit ac pervadit Naturam humanam, eique totam se communicat Col. 2. v. 9. In Christo inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter.

Nota: In hoc dicto de Christo dici, quod in ipso inhabitet omnis plenitudo Deitatis CORPORALITER, ergo aut respectu Deitatis, aut humanitatis. Christus enim non est TERTIUM quiddam præter ambas suas naturas, ut rectè Damascenus ait. At non respectu Deitatis, vana enim esset hæc propositio: Omnis plenitudo Deitatis habitat in Deitate, cum Deitas non sit corpus, atque ideo etiam plenitudo ejus in ipsa Divinitate CORPO-

RALITER inhabitare dicj non possit; Ergò respectu huma-
nitatis. Habitat proin omnis plenitudo Deitatis in *assumpta*
natura humana, tanquam in proprio templo. Cogita ergò,
inquit nervosè D. Thummius, quād arctus fit complexus, &
quād realis durarum Naturarum Unio, Communio & *Exigēnsis*
quia in carne assumta, tanquam in proprio suo templo omnis
plenitudo Deitatis inhabitare dicitur. Hinc *Germen assumtum*
propter hanc inhabitationem JEHOVA dicitur. Jer. 23. v. 6.

Ex hac Unione sequuntur Primò PROPOSITIONES
PERSONALES, quæ planè *inustata* sunt ac *singulares*,
adeoque juxta decempedam *rationis* & Logicæ mensuram
non debent; cum infinites omnem rationem transcen-
dunt.

Exempla propositionum Personalium sunt, *Germen Davi-
dis est Iehova iustitia nostra*, Jer. 23. v. 5. & 33. v. 16. *Filius Da-
vidis est Dominus Davidis* Matth. 22. v. 42. 43. 45. Psalm. 110.
v. 1. *Filius Hominis est Filius DEI vivi* Matth. 16. v. 16. *natus in
Bethlehem est Dominus* Luc. 2. v. 11. Secundus homo est Dominus
de Cœlo 1. Cor. 15. v. 47. Huc pertinent propositiones Eccle-
siasticæ: *Dens est Homo, Homo est Dens*, quæ quidem in eodem
verborum sono non reperiuntur in Scriptura, Biblicis tamen
Phrasibus æquipollent.

Alterum quod sequitur, est COMMUNICATIO PRÖ-
PRIORUM, nam in quo omnis plenitudo Deitatis habitat, illi
non saltem *natura divina*, sed etiam *proprietates divinae*
communicatæ sunt. Col. 2. v. 9. Quæ ipsa COMMUNI-
CATIO iterum ornem Rationem supergreditur.

Nota: 1. Exigit hanc Idiomatum seu Propiorum Communicationem Finis In-
carnationis, qui est *salsus* & redemptio nostra: sine communicatio-
ne enim istæ actiones Christi non habuissent infinitum, sed fini-
tum pretium, & sic infinitæ justitiae Divinæ Satisfactio præstari non
potuisset. vid. Psalm. 49. v. 8. *Sanguis ergo DEI proprius requi-
etus fuit.* A. 20. vers. 28.
2. Aut personalitas τελός est communicata humanæ Christi natu-
re, aut non est: Si posterius dicatur, aperte in Nestorii Heresin
inciditur & Christus non erit Una Persona. Si prius, ergo si Hy-
postasis

potestas sive *Personalitas* divina fuit communicata, cur non aliae proprietates, quae tam strictè propriæ non sunt, uti *Personalitas* 3. Scriptura aperte hanc *Propriorum Communicationem* afferit. Sic Dan. 7. v. 14. de omnipotenti dicitur: *Data est Filio Hominis potestas eterna.* Math. 28. v. 18. Christus ait: *Mibi, ut ē mortuus resuscitato, data est omnis potestas in celo & in terra. Potestatem*, inquit, *Athanafius Orat.* 4. contra Arianos, dicit Christus, *se accepisse us Hominem, quam semper habet ut Deus. Omnis scientia communicata est;* nam *us Homo omnia novit* Joh 16. v. 30. etiam cogitationes cordium. Joh. 2. v. 25. *Spiritus Sapientie ipsi datus est sine mensura. Virtus vivificandi data est* Joh. 6. v. 50. 51. 52. quod non tantum meritorie, sed etiam *è egyptiis intelligendum.* Huc pertinet Canon; *quod in tempore datum dicitur, id secundum humanitatem intelligitur.*

Argumenta & Rationes Dn. Reformatorum contra Communicationem Idiomatum.

QUæ Reformati contra nostram Orthodoxiam movent, videli possunt imprimis in Compendium redacta à Viro Dn. Johanne Braunio Professore Gröningensi in Hollandia, Quia, inquit, 1. *Proprietates desinerent esse proprietates, certum ergo est eas non posse communicari.* 2. *Proprietates DEI sunt ipsa essentia DEI, in SENSU scilicet REALI. Ergo ipsa Essentia DEI communicaretur Creature.* 3. *Nulla esset ratio, quare & ipsa eternitas & reliqua proprietates omnes Divine & incommunicabiles, non communicarentur.* 4. *Ipsæ Proprietates Naturæ humanae deberent communicari Naturæ Divine. Ita secundum Naturam Divinam, deberet habere corpus & sanguinem, deberet esse circumscriptus, visibilis, palpabilis, finitus; debuisse letitiam aut tristitiam affici, timere, dolorem sentire, toties, quoties Natura humana ejusmodi motus sensit.* 5. *Ipsa Unio naturarum destrueretur, & fieret mutatio, aut transfusio naturarum, pro unione personali.* 6. *Hæc sententia non nullum abest à Veterum & quorundam hodiernorum Anabaptistarum delirio; nempe Naturam Divinam mutantam esse in humanam naturam.* 7. *Dicendum esset, duos dari Christos, duos Mediatores, imo*

duos Deos; alterum ab eterno; alterum per communicationem in tempore, quæ sint absurdæ. Hæc ille ad verbum.

Verum hæ rationes tanti roboris non sunt, ut fundamenta nostra evertant; Nam quod dicitur Primo; proprietates non posse communicari, aliæ desinerent esse proprietates: id ne in naturalibus quidem verum est; licet in præsentiarum longè aliquid Excelsius habeamus, Mysterium videlicet supra omnem naturæ lineam infinites affurgens. Dico ne in naturalibus id locum habere: Sanè enim vis iustiva in ferro ignito communicatur ferro, & tamen vis illa manet proprietas ignis: Secundo, Hypostasis seu Personalitas filii DEI, est ipsi propriissima, sic ut per eam distinguitur à Patre & à Spiritu Sancto & nihilominus illa communicata est humanæ Christi Naturæ, nam aut est *idem* *ipsa*, aut *divinitas* *ipsa*, prius non est, aliæ duæ darentur Personæ in Christo; posteriorius planè non potest dici, nisi tota Unio Personalis solvatur: Unde nec ipse Nestorius id afferere ausus est: Quod si ergo id, quod summè proprium est filio DEI, communicari potuit humanæ Christi naturæ; cur non aliæ proprietates communicari potuerunt.

Denique vanæ sunt omnes Objectiones, quæ in præsentiarum contra communicationem Idiomatum afferuntur, quia ex Rationis Pharetra tantum deponuntur; quis autem nec scit, in rebus istis, quæ intellectum nostrum infinites superant, non rationem esse consulendam, sed Scripturæ S. Oracula: Fidei norma non est Intellectus humanus, sed verbum revelatum.

Ad secundum dicimus; Non esse absurdum afferere; Essentiam divinam esse communicatam humanæ Naturæ: Id enim habetur in Verbo DEI; nam quid aliud insinuant Propositiones istæ: Verbum caro factum est; filius hominis est filius DEI; aut illæ Ecclesiasticae, homo est DEUS, DEUS est homo, quam Essentiam Divinam intimè & perichoristicè esse communicatam humanæ naturæ. Damascenus libr. 3. cap. 17. Carnem Christi non semel dicit *εαυτήσας*, sive Deificatam,

ficatam, & Gregorius Nazianzenus afferit hominem factum esse id, quod ipsum unxit hoc est Deum.

Secundò; Réformati negare non possunt Personalitates in Divinis realissimè esse identificatas cum Essentia divina; & negare nequeunt, nisi peiores esse velint Nestorio, quod personalitas Infinita τὸ λόγος fit communicata carni Christi. Si ergò absurdum non est dicere personalitatem Verbi esse communicatam Carni, quæ tamen eadem est cum Essentia, tum etiam non erit absolum, Essentiam divinam esse communicabilem & re ipsa communicatam.

Ad Tertiam Rationem Braunii respondemus: Utique æternitatem & sic omnes proprietates esse communicatas, nam in quo πᾶν πλήρωμα τῆς Θεοῦ οὐκ habitat, per arctissimam Unionem, in eo etiam sunt omnes proprietates; cum nulla sit proprietas in divinis, quæ non ad πλήρωμα Divinum pertineat; Sed disparitas est in eo, quod quædam proprietates denominant Subiectum, quædam non: Exemplum repetimus ex naturalibus; Ferro ignito communicatur ignis, ejusque vis uictiva, cui intimè connexa est levitas; sed levitas non denominat ferrum, benè tamen vis uictiva, rectè enim dico ferrum ignitum urit.

Porrò: Communicatio alia est mediata, alia immediata: Æternitas & ejusmodi proprietates non operativa, communicantur mediata, mediantibus videlicet attributis operativis: Operativa autem communicantur Immediata.

Ad quartum respondeatur, cum Leone M. non assumens, sed assumti est perfectio; cum ergò Divina natura assumens sit non assumta; & sic perficiens non perfectibilis, ideo dispar est ratio quoad communicationem; id enim solum est communicationis capax quod est capax perfectionis. At talis Divina natura non est.

Secundò distinguendum est inter Communicationem & appropriationem, licet enim accuratè loquendo communatio non sit mutua, *ἰδιοποίησις* tamen in divinis locum quoque habet. Ut enim Divina Idiomata communicantur humanæ natu-

naturæ; ita Idiomata humanæ naturæ appropriantur λόγῳ per & propter unionem illam intimam;

Denique Patres aperte pro nobis stant: Sic Augustinus libr. de Trinit. inquit, divinitas sua carnis conceptione concepta est, & nativitate nata, sensitque participationem humani affectus, mortemque quam sponte susceperebat. & Vigilius libr. 2. contr. Eutychen ait. Divinitas clavis confixa est, sed non transfixa. Et Fulgentius libr. 3. ad Tras. Praestat ut Christi Divinitatem, quam immutabilem Scriptura commendat, passam confiteamur in Carne, quam ut credamus compassam, non fuisse cum carne. Licit itaque non possim dicere DEUS est corpus, tamen possum dicere Deus est incorporatus, sicut dico est incarnatus: Johannes in 1. Epist. c. 1. v. 1. aperte ait, vitam esse visam, quæ visio vita æterna incorporata est: Et de Sanguine ait divinus Epopta Paulus, Deum proprio Sanguine redemisse Ecclesiam: Quin in Concilio Ephesino Anathemate fuit percussa doctrina Reformatorum. Ita enim inquunt, Patres Anath. 12. Si quis non confitetur, DÉI verbum passum carne, & crucifixum carne, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod vita est, & vivificator ut DEUS: anathema sit.

Ad Quintum dicitur, per Communicationem Idiomatum non destruitur Unio, sed asseritur: At vero per Calvinianam allæosin Unio Personalis destruitur, est enim in propria eorum Confessione non Realis, sed verbalis tantum. Egregie B. Luther. tom. 2. Witteb. Si forte venefica illa Domina Ratio, cuius neptis est Allæosis, reclamare voluerit, dicens: divinitas neque pati, neque mori potest, tu respondebis: verum id quidem est, nihilominus tamen, quia Divinitas & humanitas in Christo unam personam constituant, Scriptura propter Hypostaticam illam Unionem, etiam Divinitati omnia tribuit, quæ humanitatì accident, & vicissim Humanitatì, quæ Divinitatis sunt: citra omnem scilicet confusio nem.

Secundò falsum est, quod fiat mutatio aut transfusio Naturarum: Non enim Idiomata Divina è Subjecto suo proprio transfundi in alienum dicimus, sed in Subjecto suo proprio manent.

Ad

Ad Sextam Rationem resp. meram calumniam esse, quod videlicet nostra sententia parum absit à Veterum quorundam hodiernorum Anabaptistarum Delirio, qui afferuerint Naturam Divinam mutatam esse in humanam. Probandum erat Dn. Braunio, nos talem mutationem afferere, non imponendum:

Deinde, multò melius, & cum majore Jure nos afferimus, Reformatos omnes in castra Nestorii transfugisse, atque ibi militare; qui enim communicationem statuit tantum verbalem; qui afferit Deum esse passum tantum Nominetenus, ut in terminis afferunt Neostadientes, quomodo afferere possunt DEUM esse natum, & Mariam esse θεότοκον; Hic Rhodus, hīc saltandum est Dominis Reformatis.

Quod denique septimum attinet, nempe ex nostra sententia sequi, duos dari Christos, duos Mediatores, imò duos Deos; id iterum falsissimum est, Nam primò, qui unam tantum confitetur in Christo personam, quomodo potest dici, quod duos agnoscat Christos aut Mediatores: Sed hoc faciunt nostræ Ecclesiæ Doctores: At contra Reformati, qui negant Personalitatem τύπων esse verè & realiter communicationem Humanæ naturæ, & afferunt eam tantum sustentari, aut gestari ἀπόγονοι, illi introducunt duos Christos, quia aperte Personalem Unionem solvunt.

Secundò sana Antiquitas reos Reformatos facit hujus doctrinæ, quod duos Christos faciant; Et Unionem Personalem solvant; ita enim Cyrillus in defens. Anath. 4. Qui soli servi formæ adaptat voces, Deus meus, quare me dereliquisti, is Personam solvit. Johannes Cassianus libr. 1. de Incarn. c. 3. ait. Si seorsim quæ Dei sunt Deo demus, & seorsim quæ sunt hominis, soli homini reputemus, quartam Manifestissimè introducimus in Trinitatem Personam, & de uno Filio non Unum, sed Duos facere incipimus Christos; At prius faciunt Reformati, & Braunius.

Sic & Proclus Episcop. ad Armen. ait. Quero, Unus ex Trinitate est, qui crucifixus est, an alius aliquis extra Trinitatem? Et si quidem unus, solutum est iurgium; Si autem alius aliquis præter Trinitatem, quartus sine dubio est gloriae Dominus. Si autem, quod

dicimus, in carne sua passiones Verbum suscepit, confiteamur, quod Unus de Trinitate passus est.

A fortiori autem Dn. Braunius reus est hujus Heterodoxie de duobus Christis, quia ille Personalitatem in Divinis afferit consistere in mero negativo. Si enim merum negativum quid est Personalitas, non potest ea Unionem fundare inter Divinam & Humanam Naturam: Negativum enim non potest esse fundamentum Positivi: Si itaque Unio non est Personalis, ergo solutæ sunt naturæ, eo magis quia secundum potiores Calvinistas, Unio facta est immediate in Persona; vid. Turretin.

QUÆSTIO I.

Quodnam sit primum Genus Communicationis in Christo.

Quanquam nullam circa hoc punctum litem movere velimus, abundet quisque hic sensu suo, dummodo agnoscatur VERA & REALIS Communicatio; tamen existimamus, si Ordo NATURÆ potius respiciatur, quam Doctrinæ, sive methodus hactenus consueta, satius esse, si primo loco ponatur, illud Genus, quod alias secundo loco ponatur: ita ut Primum Genus sit illud, quo DIVINA NATURA assumit in suam PERSONALITATEM Humanam Naturam. Hoc enim primum est fundamentum Communicationis Naturarum Divinæ & Humanæ. Et ex hac deinde consequitur Communicatio Idiomatum & propriorum; Et ex ista habetur Communio Apotelesmatum & Operationum.

Prænotatur autem Antecedenter, non hic querri, an ea Genera Communicationis ita tempore quasi sint distincta, ut unum sit tempore posterius, agnoscimus enim, quod hic non nisi SIGNA & præcedentia rationis sint.

Ponimus itaque primo loco Communicationem hypothesos, seu personalitatis, ob varios titulos, primus est, UNCTIO

UNCTIO Christi, quæ non tantum Antecedenter ante Communi-
cationem propriè dictorum Idiomatum, in SIGNO RATIONIS; sed
etiam eo ipso momento facta est, quo Divina Naturæ, in Sub-
limitatem suæ Hypostaseos seu Personalitatis assumuit huma-
nam Naturam: adeoque ad minimum in signo rationis, prius
quam facta est Unio Naturarum: Vi hujus ergo Divinissimæ &
ineffabilis UNCTIONIS humana Naturæ Dona accepit infinita;
inter quæ prima est hypostaseos communicatio; Ut una
sit in Christo Persona duas terminans Naturas: Quanquam
autem Dni Reformati hic etiam nobiscum loqui vel sentire vi-
deantur, quando fatentur, quod $\lambda\delta\gamma\omega$ assumserit Humanam
naturam in hypostasin suam, magna tamen inter nos & illos
est diversitas; quia illi putant Divinam illam Personalitatem ex-
trinsecus tantum SUSTENTARE Naturam Humanam, vi cuius Su-
stentationis, ita Natura Humana conservetur à $\lambda\delta\gamma\omega$ sive Fi-
lio DEI, ne in nihilum redigatur. Unde Johannes Piscator in
Quæst. Miscell. negat dici posse quod Personalitas Filii DEI
sit communicata Carni Christi. Quin Josephus Grabinus in Re-
fut. Egidii Hunnii non veritus est statuere, quod MONSTROSA
sit Verborum FORMA, cum dicatur, quod $\lambda\delta\gamma\omega$ Hypostasin
suam REALITER communicaverit CARNI. Neque aliter
sentiunt Jesuitæ, ut videre est apud Bellarminum libr. 3. de
Christo. & Busæus Jesuita MAGUNTINUS contra D. Gerlachium.

Verum hæc Dn. REFORMATORUM & Jesuitarum sententia
totum & principalem Articulum Fidei nostræ evertit & Nesto-
rianismo fovet; ut suo loco pluribus deducemus.

Unde pro stabilienda nostra sententia dicimus. Si ne-
gatur Communicatio Realis Hypostaseos & Personalitatis $\tau\sigma$
 $\lambda\delta\gamma\omega$ Humanæ Christi naturæ, tum non tantum nulla da-
tur Communicatio Idiomatum; sed & negare oportet,
quod Christus sit Filius DEI NATURALIS, secundum Huma-
nam Naturam, contra quod definitum est in Cencilio Franco-
furtensi: Adeoque duæ erunt FILIATIONES in Christo; una NA-
TURALIS, competens Divinæ Christi Naturæ; altera ADOPTIVA
pertinens ad Naturam Humanam, quod quam Absolum sit,
agnoscunt ipsi Reformati: ut suo loco pluribus videbimus.

B 2

Unde

5

4

46.

48.

49.

51.

Unde porrò cum Christus Unus sit, idque non per NATURAM vel SUBSTANTIAM, quæ gemina in ipso est, sed per PERSONALITATEM seu Subsistentiam UNAM, oportet ipsius λόγος PROPRIAM SUBSISTENTIAM HUMANAË NATUREÆ REALITER & INTRINSECE esse communicatam: Quod agnoscit Altingius l. c. p. 489. dicens: Cum una sit personalitas, sicut unus est Christus, I. Timoth. II, 5. Eph. IV, 5. illa vel à natura Divina, vel à natura humana, vel ab utraque dependet. Non à natura humana, nec etiam ab utraque I. quia sic imperfecta fuisset personalitas τούτη λόγος ante incarnationem. II. quia natura Divina & humana coivissent in tertiam aliquam personalitatem, prout in hominibus sit, quorum anima & corpus in natura simil & persona uniuntur. At hoc non sit. Sequitur ergo, personalitatem à Natura Divina, quæ persona simil & natura est, dependere; humanam verò propriâ personalitate destitutam, & in λόγῳ subsistentem, rectè sui respectu αὐτός ἀλλού λόγος ἐνπόσαλον, inexistentem dici. Hæc Altingius: Similiter Walens, LL. CC. pag. 700. CHRISTI persona est unica, non duæ: Ergo una est ejus personalitas, unde sequitur, vel personalitatem Divinam esse communicatam humanæ naturæ, vel humanam Divinæ: vel ex duabus factam unam. At duo posteriora dici non possunt, &c. Vatum itaque est, quod obvertit Wendelinus Humanam naturam etiam sine communicatione unam constitutare cum Divina personam, inque duabus naturis unicam simplicem personam subsistere. Nam quomodo unam Personam constituet & Divina & humana natura, nisi unà eademque sit humanæ, quæ est Divinæ naturæ, subsistentia. Quomodo utraque natura in una subsistentiâ posset subsistere, ita ut humana cum λόγῳ unum constituat φύσιμον vel suppositum, nisi humana natura communicatam haberet λόγος subsistentiam?

Tertiò vi hujus communicatæ Hypostaseos, Natura Christi Humana assumta est in Consortium S. Trinitatis: idque iterum in Signo RATIONIS priusquam facta est COMMUNICATIO IDIOMATUM: At verò Receptio illa in SS. Trinitatem unanimiter afferitur à Patribus. Hesychius in Levit. Augustinus tr. XC. in Johan. adeò nobiscum sentit, ut dissentientes exterminando ex Ecclesiâ censeant: Emissenus apud Cyrillum Alex. T. IV. in Hom.

Dama.

Damasen. l. III. de ort. fid. c. io. contra Petrum Gnaphæum: *Johannes Maxentius* in cap. adv. Nestor. T. II. Concil. *Quomodo autem Natura Humana potuissent evehî in SS. Trinitatis consortium & personaliter ad eandem pertinere, nisi Filius DEI eandem in persona sua unitatem assumpsisset?* Si autem ita assumpsit, operet eandem uti Majestatis Divinæ, ita & *υποσάσεως* Filii DEI participem esse factam. Sanè quicquid unum constituit, *φασίεν* cum Filio DEI, secundâ SS. Trinitatis personâ, id verè pertinet ad SS. Trinitatem. Neque verò secunda persona Trinitatis jàm *ἄρχος* est, sed *ἐντόπιος*, & *θεόδημος*; quemadmodum cum Patre & Spiritu S. baptizamur in Filii non *αὐτίκης*, sed *ἐντόπιος* & *θεόδημος* nomen, Matth. XXIX, 19. Quod si itaque Christus quâ Deus duntaxat est secunda Trinitatis persona, CARO autem est extra SS. Trinitatem, utique caro etiam erit extra *λόγον*, vel secundam Deitatis personam, quod *αὐτὸς*.

QUÆSTIO. II.

*Quodnam sit secundum Genus Communicationis,
in Articulo de Christo.*

Secundum Genus Communicationis in Christo factæ ponimus; Communicationem & Unionem Naturæ Divinæ cum humana. In quo nobiscum conveniente planè Dni Theologi Saxonici, contra Dn. Calixtum & Rixnerum, qui primo posuere communicationem Hypostaseos, deinde Communionem & Unionem Naturarum; Et sanè non videmus, cur hæc UNIO & COMMUNIO Naturarum, non specialem Confederationem, non minus quam *Communicatio Idiomatum*, quæ alias Genus primum constituit, mereatur; cum hæc priorem, necessariò prærequirat; tanquam effectus formalis suam Causam formalem. Adhæc UNIO ista NATURARUM duarum, *Divinae & Humanæ*, Fundamentum est *Propositionum Personalium*,

B 3

qua-

4

46.

48.

49.

51.

quarum profundior Cognitio summè necessaria est, & sine quâ Doctrina salutaris de Communicatione propriè talium Idiomatum, penetrari non potest.

Tales Prædicationes & Propositiones Personales sunt. *Dens est homo; Homo est Deus. Filius hominis est Filius DEI veri.* Matth. 16, ¶. 13. 16. *Sanctum quo ex Te nascetur Filius Dei vocabitur,* Luc. 1, v. 33. *Secundus Homo est Dominus de Cœlo.* 1. Cor. cap. 15, ¶. 47. *Filius Davidis est Dominus Davidis* Matth. 22, ¶. 42. ut supra jam vidimus.

Definiri autem potest hæc *Unio*; duarum Naturarum in Christo *Coniunctio & Communio, Arctissima, inconfusa tamen, inseparabilis, immutabilis, ac planè ineffabilis*, qua Divina Natura ita juncta est Humanæ, ut illam intime permeet, inhabitet ac perficiat, ut per utramque Naturam Opus Redemtionis nostræ sanctissimum tanquam Duobus Humeris insistens, absolvíqueat:

Notat quod licet hæc *Unio* talium Naturarum, summè alias inter se distantium planè sit ineffabilis, atque simile in rerum natura non habeat, nihilominus Patres primitivæ Ecclesiæ, ut aliquo modo faltem, perceptibile faciant, quod ineffabile est exemplis, ut solent *Corporis animati, ferri igniti, aut etiam corporis solaris lucidi.* De similitudine corporis animati vide egregie ex Patribus differentiis Dn. D. Chemnit. L, de duab. Nat. c. 6, p. 43. seqq. cap. 23. p. 158. seqq. Ac in illo simili ostendit potest 1. *Unio animæ & corporis.* 2. hanc infusa intima περιθώνης perfractio, & realis κοινωνία communicatio substantiarum ipsarum, unde anima est & dicitur ενσώματος, incorporata, corpus vero est & dicitur ἐνψυχόν, animatum, ac illa habet sibi proprium corpus, in quo ceu suo habitatu inhabitat, corpusque sibi propriam habet animam, ceu suam οὐτελέχειαν, à qua perficitur & actuatur. 3. *Communicationis actus vitalis* & proprietatum, dum anima corpori suo vere & realiter communicat vitam suam sibi essentialē & naturalem, δυνάμεis seu facultates vegetativas sensitivas & suo etiam modo ipsam intellectuam. 4. Non aliam sive vitam sive δύναμιν i. e. potentiam & proprietatem, sed illa ipsa, una numero, quæ est anima, communicatur corpori. 5. Ita tamen, ut anima competit πρώτος per primum, immediatè, originaliter & καθ' αὐτὸν per se, corpori vero animato δεύτερος, secundario, mediare, communicare &

not

naturā animo seu per aliud. Et sic modo planè dispari, sine ullā substantiarum illarum, animae & corporis confusione, abolitione & extinzione, salvā utriusque naturali differentiā & essentiā permanente. Unde & corpus, animā separata, non retinet suam vitam & facultates sensitivas, quas tamen procul dubio retineret, si llamas, ut anima, eodem modo naturā auctō ex se & per se possideret. 6. Adeo ut nisi novit̄ illa seu communicatio facultatum & proprietatum interveniret, ipsa eatum servaret, i. e. Unio nulla esset. Atque hanc comparationem Unionis inter animam & corpus humanum, cum Unione Filii Dei cum Filio Maria, cōlubentius acceptare debemus, quia ipse Paulus illam nobis ex hac inspiciendam & considerandam proponit, 1. Cor. 15. v. 45.

Ineptus autem est Cardinalis Ecclesiae Romanae Bellarmine s. l. 3. de Incarn. cap. 10. §. quando contra dictum SIMILE Animam non communicare corpori suas veras proprietates, neque corpus anima. Uti est Intelligere, Discurrere, Velle. Neque ē contrario animam currere, federe, esurire, fitire, qua sunt propria corporis. Et praterea totam animam esse in corpore, & tamen eandem totam esse in pede, ubi non est caput, & contra. Hæc ille.

Ad hanc Bellarminianationem respondemus, quod equidem simile illud non per omnia simile & adequatum, tamen dicimus, prout Anima unitur Corpori & perchoristicē illud permeat, atque actiones vitales per illud operatur. Ita Divina Natura unitur Humane; Imò οὐχίστης in hac UNIONE, longè est arctior, quam in anima respectu corporis.

Deinde ipse actus intellectus, & discursivus est quidem Inorganicus & per Corporea Instrumenta non exercetur. Interim tamen, quia nihil est in intellectu, quod non sit prius in sensu, ideo intellectio totaliter sumta, in quantum illam etiam σύγκρισιν seu preparationem, sensum sc. præcedaneam perceptionem complectitur, ratione hujus præviæ σύγκρισης etiam ad sensus, & sic ad organa corporea pertinet, scilicet per κοινωνίαν seu communicationem animæ tactam corpori.

Tertiō licet anima non dicatur, currere, esurire, fitire, naturaliter sc. & propriè, idque præterea, quia sunt actus immediati membrorum corporeorum, ob dispositionem eorum organicam mediante animā in eis & ab eis producti, sicut & oculi vident, aures audiunt, lingua loquitur, gustat, &c. non anima. Quia sc. sunt actus organici, non vero inorganici? Nihil.

Nihilominus ab illis anima non est secludenda, sed hæc ad illos referenda, quia scilicet *divinitus* seu facultas *locomotiva*, *appetitiva*, *sensitiva*, quæ illi actus efficiuntur, est ab anima, immo est non nisi *anima*, ceu formæ, illam suam facultatem corpori & organis illius communicantis, ut ita anima mediante illâ suâ facultate actus illos producat & efficiat in organis ejusmodi ad id dispositis.

Altera similitudo, quæ Patribus familiaris, defumitur à ferro ignito; ubi certum est non tantum ferrum & ignem uniri; sed etiam esse arctissimam περιχώσεων, quæ ignis omnes etiam minutissimas ferri partes & poros penitissime pervadit & permeat, ut nulla sit ferri portio residua, quæ non illum ignem intimè & verè possideat & communem habeat. Atque ex hâc ἐνώσει i. e. Unione arctissimâ; & περιχώσει i. e. immeatione penitissimâ resultat ejusmodi κοινωνία i. e. communicatio substantiarum, ferri & ignis, ut ferrum habeat ignem quasi sibi proprium, seu ita appropriatum, in se, ut inde sit & dicatur verè & realiter πεπυρατωμένον καὶ κατηγόρεον τὴν καυσικήν ἐνέγγειαν, δύναμιν & sic etiam τὸ τοῦ i. e. ignitum, & possidens ustricem operationem, facultatem & sic etiam ipsum ignem in suâ substanciali. Hanc naturarum communicationem insequitur κοινωνία καυσίνης δύναμεως i. e. communicatio ustricis facultatis seu caloris, & simul splendoris relucens. Dum ignis penitissimè permeans & occupans ferri poros, verè & realiter ferro communicat calorem & splendorem, non per φυσικὴν μετάβασιν seu ejusmodi naturalem transfusionem, quæ ignis suo naturali calore & splendore se abdicet, aut etiam sibi naturalem retineat, ita tamen illum in ferrum transmittat, ut hinc æque ut igni naturaliter & intimè inhæreat, atque ita proprietates illæ ignis ferro itidem τῇ φύσει & καθ' αὐτὸν i. e. naturâ & per se competant.

Excipit contra hoc simile Busæus, Jesuita, & ante ipsam Bellarmiñns: Non obstante, quod Patres hanc similitudinem utantur; illos enim non velle ostendere hanc similitudinem communicationem idiomatum, nec totum incarnationis mysterium, sed unam ejus conditionem, quomodo videlicet per incarnationem non ledatur Divinitas, & multum perficiatur humanitas. Ut enim ignis in ferro non nigrescit, nec frigescit;

scit, nec consumitur rubigne, ita quoque se rem habere in praesenti: Verum respondetur; Audiendo his Patres loquentes. Basilium hom. de Nativ. Christi pag. 467. Quonam modo per unum ad omnes splendor? Quomodo in carne Divinitas? Quemadmodum ignis in ferro, non ex progressu, sed ex participatione. Non enim in ferrum ignis currit ant accedit, verum in loco remanens suarum PARTICIPES virum ferrum reddit, cumque se totum illi COMMUNICET, nil propterea de sua natura, nihil de suis amittit viribus. Sic & Deus Verbum, nihil ex se ipso commotus, cum nostram accepit humanitatem, neque item conversionem commutationemque aliquam sustinuit. Et Verbum caro factum est. Nec propterea cœlum suo continente desertum, & terra nihilominus suu suo cœlestem recepit. Nec tu insuper motum aut descensum divinitatis meditaberis. Non enim, ut corpus de loco ad locum migrat. Neque item Divinitatem in carnem commutatam imaginabere. Nam quod immortale est, id & immutabile est. Quomodo igitur, inquis, Deus Verbum, humana fragilitate non est correptus aut inquinatus? Facile respondemus: Sicut & ignis de ferri proprietatibus non accipit. Nigrum quidem ferrum & frigidum est, attamen ignitum & candens ignis FORMAM Subit. Et quanquam ex eo SPLENDENS, ignem tamen suu nigredine non inficit. Itemque ARDENS flammam suu frigidity non destruit aut tollit. Sic & Caro Domini ita participes DIVINITATIS facta est, ut propriâ fragilitate illum minimè contaminaverit. Sed quanquam ex humana debilitate huc uti similitudine necesse est, ne tamen hunc ignem Divinitati omnino similem imaginare, cum is qualitates recipiat, illa nihil omnino patiatur, &c. Hæc ille. Cyrillus Alexandr. de Incarnatione Unigeniti c 8. p. 239. ait: Quemadmodum ignis ligno affixus & in id penetrans, comprehendit quidem ipsum, & quamvis lignum esse non desinat, vim tamen suam speciemque transmittit in omnem, neque confert in lignum, & cum ipso jam quasi Unum aliquid estimatur. Idem & intellige de Christo, adunatus enim inestimabiliter humanitati Deus, servavit quidem ipsam in eo, quod fuerat, & ipse permanxit, quod erat: Semel tamen adunatus, quasi Unus, jam cum ipsa putatur, ea que sunt illius sua factens: Confrens autem ei etiam ipsam suu naturæ operationem. Idem l. 2. in Johann. cap. 4. p. 70.

C

QUE-

QUÆSTIO III.

Quodnam sit Tertium Genus Communicationis?

Tertium Genus Communicationis nobis est illud, quod alias à Doctoribus sumitur pro primo; In quo scilicet *Divine Naturæ proprietates*, realiter dicuntur Communicatae Humanæ Naturæ; Ex. gr. *Omniscientia*, *Omnipotentia*, *Omnipræsentia*, *Virtus Vivifica*, &c. Et vicissim humanæ Naturæ proprietates attribuuntur *Divine Naturæ*; ubi tamen diversitas est inter hos duos *Communicationis modos*, nam quando *Divine Naturæ* proprietates municari dicuntur, tum id intelligendum de *Communicatione Reali*, propter arctissimam *negligenciam*; At verò quando humana Natura dicitur communicare suas Proprietates, uiri est, *NASCI*, *PATI*, *MORI*, tum id intelligendum per *idiosincrasias*, & *APPROPRIATIONEM*, quanquam & ipsa suam *Veritatem* & *Realitatem* habeat, propter *UNITATEM HYPOSTASEOS*.

Prima pars assertionis probatur ex dicto Classico Col. 2, 9. in quo dicitur, *quod in Christo habitet omnis plenitudo Divinitatis*.

In quo ergò habitat omnis, vel tota plenitudo Deitatis corporaliter, illi convenienter verè attributa Divina immensa: quia illa à tota plenitudine sequestrari non possunt, & sine illis ne tota quidem est plenitudo Deitatis; Ideoque concedit Sobnini p. 441. *banc propositionem, quod omnis plenitudo Divinitatis, significet, vel importare omnisientiam, omnipresentiam, omnipotentiam, & denique omnes proprietates, & omnem integrityam Deitatis*. Porrò nec habitare potest tanquam in proprio corpore aliquid, quin possideatur ab illo, in quo habitat verè & realiter: nec possideri, quin communicatum sit eidem, idque verà ac reali communicatione. Denique quum ex hoc dicto infinita CHRISTI Deitas à Reformatis, etiam in ipsis Confessionibus publicis, probetur, ecquis ambiget, inferri exinde infinita DEI attributa, & proprietates. Quanquam verò Polanus nihil aliud innui velit, quam tantum Christum essentialiter DEUM esse: tamen ex verbis Apostoli manifestum est, id inferri, quod in ipsa carne Christi

Christi habitet Deitatis plenitudo: & cum τὸ οὐματικό idem sit, quod personaliter, non ergò hic propriè id docetur, quod Christus DEUS fit essentialiter.

Secundò Omniscentia Christo est communicata. Ità Apostoli omnium rerum notitiam ipsi adscribunt. Joh. 16, v. 30 & Joh. 21, v. 17. inquiunt. *Iam scimus, quod nosti OMNIA, & non opus habes, ut quisquam Te interroget.* Sic & *ναεδιογνωσία,* quæ Scientia maxime est Divina, seu *Cordis inspēctio* ipsi adscribitur. Matth. 9, v. 4. ubi dicitur, *cum videret IESUS cogitationes ipsorum, dixit, ut scias. Filium hominis habere potestatem remittendi peccata.* Unde concludimus secundūm quam Naturam Christus sibi vindicat potestatem, remittendi peccata, secundūm eam vidit cogitationes ipsorum. At verò id secundūm humanam factum est, vel quā est filius hominis.

Et quāso, quomodo invocari posset Christus, si Cordis nostri gemitus, suspiria, & cogitationes secretas, non nosset, si corda & renes non haberet intimè perspectas: aut quomodo posset esse Judex vivorum & mortuorum, si intimos recessus Conscientiæ non haberet cognitos. Agnoscit id *Walaens* pag. 708. inquiens, Christo ut homini, ceu judici vivorum & mortuorum, omnes Conscientiæ nostræ Libros apertos fore, quia sententiam etiam pronunciabit, quā homo.

Neque fundamentum habet illud, quod excipitur, Divinam Naturam revelare Humanæ, cum arcana cordium cognoscit; nam talis Revelatio in Scriptura S. nullibi legitur; Deinde hac ratione Christus ut homo, semper nova indigeret revelatione, quoties fideles ipsum in anxietatibus suis invocarent, atque auxilium ipsius exposcerent.

Porrò Omnipotentia humanæ Christi Naturæ est communicata, quia Matth. 28. ipse dicit, *Mibi data est omnis potestas in cœlo & in Terra.* Ubi arguimus: Cuicunque data est Omnis Potestas in Cœlo & in Terra, illi communicata est DIVINA, adeoque infinita potentia; Atqui Christo secundūm humanam Naturam communicata est *vis, potestas, vi loci allegati.* Ergò.

Vanum proinde imò impium est, quod ait *Vasquez* & post eum *Tannerus* Jesuita: *Per omnem Potestatem, quæ Christo dica-*

dicatur data, non intelligendum esse *Infinitam* illam *Potentiam*, quæ *Divinæ Naturæ Propria*sit; sed *Medium* aliquam, vel *Secundariam*, & *finitam*, nam limitari per voces *Cœli* & *terræ*.

Impia inquam hæc est à Jesuitis excogitata exceptio, quia tendit in contemnum Salvatoris nostri, quasi limitata esset ejus potestas. Virginis Mariæ omnia Axiomata Divina adscribere audent, in primis exauditionem precum, & manus Auxilia-trices, sed Christo eadem perfidè demunt. Vanissimum autem est, quod *Omnis Potestas in Cœlo & in terra*, sit Phrasis limitans & restringens potentiam, cum potius ipsa Scriptura eam explicet ut *Infinitam*, Gen. i, v. 1. Psalm. 124, 2. Petr. 3, v. 7. ut inferentem Dominum in omnia, t. Paral. 29, v. 12. Ps. 103, v. 10.

Tertiò Si Virtus Divina & infinita non competit Humanæ Christi Naturæ, quomodo vitam spiritualem dare poterit fidelibus. Joh. 5, v. 21. Quomodo sanguis ejus poterit dici nos mundare ab omnibus peccatis. 1. Joh. 1. Sanè hæc mun-datio, non minorem requirit *Virtutem*, quam *Creatio* hujus universi, imò, siuo & fano sensu *majorem*. Et quomodo tota passio Christi potest esse *Satisfactoria Justitia Divinæ*, si non habet Infinitum pretium. Aut quomodo *Mors* ejus potuit debellare potentissimum hostem Satanam, destruere portas inferni & *Mortem* ipsam æternam in Triumpho ducere; si Christus ratione humanæ Naturæ non habet *Virtutem Infinitam vivificam*. Uno verbo. Negata *Communicatione Idiomatum* totum subruitur Salutis nostræ fundamentum; ut Patres, & Pia antiquitas testantur. Sic enim Cyrillus. Si Christi caro tantum hominis caro foret, quæ quidem ad propriam illius naturam spectat, nequaquam vivificaret: Sed neque vulgaris quoque hominis sanguis ullam omnino per se & secundum se vivificandi vim habet. Atqui cum soli Deo conveniat vitam illi impertiri, quod vita Spiritu destituitur, corpus autem Christi & pretiosus illius sanguis vivificat, cui dubium esse potest, quin DEUS sit Christus? hinc namque corpus illius habet, ut sit vivificum. Id ergo, quod soli DEO convenit, vitam impertiri, corpori Christi vindicat Cyrillus: nec aliam huic vivificationem tribuit, quam quæ ipsius DEI est. Item lib. 3. in Joh. cap. 37. *Vivificat corpus Christi, & ad incorruptionem suâ par-ticipa*.

ticipatione reducit. Non enim alterius cuiusdam, sed ipsius vita corpus est; Virtutem Verbi Incarnati retinens, & plenum potestate illius, quo & universa sunt & vivunt. Et l. IV. in Joh. cap. 18. Corpus meum vitâ replevi, mortalem carnem assumi, sed quia naturaliter vita existens habito in ipsa, totam ad vitam meam reformavi. Et c. 23. Quoniam vivificanti Verbo caro conjuncta est, Tota Vivifica effecta est. Non enim ad corruptibilem suam naturam juncatum DEI Verbum detraxit, sed Ipsa ad meliorem Virtutem elevata est. Item c. 24. Natura carnis Ipsa per se vivificare non potest, quid enim maius natura Deitatis haberet? Quando igitur vivificantem Christus carnem suam appellat, non ita illi, ut sibi, sive proprio Spiritu vivi vivificanti attribuit. Sed propter Seipsum Spiritus vivificat, ad cuius Virtutem caro per conjunctionem consendit. Quomodo autem id fiat, nec mente intelligere, nec lingua eloqui possumus, sed similitudo ac firma fide suscipimus. Quapropter ad eandem virtutem ipsius Verbi vivificantem consendisse carnem, nobiscum credit Cyrillus, et si ea virtus vivifica aliter Verbo, aliter carnem conveniat illi, per se & essentialiter, huic autem vi communicationis: unde etiam l. 10. in Joh. cap. 43. carnem vite factam unigeniti carnem ad Virtutem Vitæ traductam esse, affirmavit: ac similiter Effectam esse carnem vivificantem dixit, quoniam conjuncta est Verbo DEI, quod naturaliter est vita. l. 4. in Joh. c. 14. Huius totam vim vivificanti, quia cum Spiritu conjuncta, totumque ejus corpus vivifica Spiritus Virtute plenum esse.

QUÆSTIO IV.

Quodnam sit Quartum Genus Communicationis?

Quartum Genus nobis est Communio in Operationibus, & Actionibus: hoc est, quando in Actionibus officii utraque Christi natura agit, quod suum est, cum alterius in agendo Communicatione, propter Unionem Personalem.

Id quod Formula Concordiae explicat. In actionibus officiis Christi intramque naturam agere, quod suum est, cum alterius

G 3

com-

communicatione, ita ut Deitas verè appropriet sibi, quod humanum est, & natura humana agat ex communicata sibi virtute Divinâ, ac operetur non humana tantum, sed Divina, ut proinde verè sit & dicitur huiusmodi actio Theandrica Deivirilis, hoc est, non Divina tantum, aut humana tantum, sed *Divino-humana* & *humano-Divina*, sicut verè dicitur persona agens Christus DEus & homo.

Patet id è fine unionis personalis: Ideo enim Divina natura assumit humanam, ut non absque ea, sed in, cum, & per eam opus redēptionis perageret, idque non quā DEus solum, sed etiam ut homo exequeretur. Opus autem redēptionis verè divinum est, *Ps. XLIX. 8. Es LIX. 16.* Unde relinquitur, Christum etiam secundūm humanam naturam opus Divinum peregrisse, quo nomine & Corporis Christi oblationi, & sanguinis ejus effusione adscribitur Redēntio nostra *Matth. XXVI. 28. Luc. XXII. v. 19. Joh. VI. 5. 1. Petr. II. 24.* & Christo *ut homini* tribuuntur ejusmodi actiones in opere Redēptionis, quae verè sunt Divinæ, utpote *peccatorum expiatio*, *Dei reconciliatio*, *Satanæ*, *inferni* & *mortis devictio*, *æternæ salutis acquisitionis*, *Rom. V. v. 10. 1. Tim. II. 5. Ebr. II. 14. Matth. XIII. 11. &c.*

Idem ostenditur ex officio Mediatorio. Nam secundūm quam naturam Christus est Mediator noster, secundūm eam Divinâ ratione operatur: quia Mediatoris partes exequi actus sunt verè Divini. At secundūm humanam naturam est Mediator noster, E Ita e.g. ad partes Mediatorii officii pertinet *satisfactio pro genere humano*, *mati Dei placatio*, *gratia Divina conciliatio* &c. quae certè sunt actiones verè Divinæ. Quum ergo ad easdem verè concurrat Christus, quā homo, non potest ab actionibus Divinis excludi humana natura. Nec vero ita solum concurredit, *ut humana natura hic saltē agat æquationis*, *Divina solūm Deinæ*: *Illa solūm ea, quae sunt hominis, hec solūm ea, quae sunt Dei* exequatur. Nam si hoc? quid opus erat humanæ naturæ susceptione in unitatem personæ, & quomodo sanguis Christi emundare nos poterit ab omni peccato, quomodo mors ejusdem *irop'ponov λύτρον* erit pro peccatis totius mundi? quandoquidem emundatio à peccato sit actus Divinus, qui non conveniet sanguini Christi, *satisfactio* ceu opus Divinum non conve-

conveniet morti Christi, vel humanæ Naturæ, quæ in mortem tradita est, & sanguinem effudit: *Verbo:* Negatâ mutuâ in a-
gendo communione, quomodo utrius naturæ officium Medi-
ationis competit, non apparet. Quomodo enim natura Hu-
mana finita non nisi naturalibus suis viribus instructa, aut
supernaturalibus etiam, sed finitis, producet infinitos effectus,
iram DEI infinitam placabit, genus humanum reconciliabit,
peccata mundi expiat, justitiam & vitam aeternam repara-
bit. &c.

QUÆSTIO V.

*An Christus ratione humana in Statu Exinan-
tionis fuerit omnipræsens.*

HÆc Quæstio ante seculum penè magnas lites excitavit
inter Theologos Giessenses & Tubingenses, cui post-
modum liti, se etiam Saxonici Theologi & noviter Scherzerus mi-
scuere, & tertiam sententiam adornarunt. Quanquam autem
istam Controversiam renovare planè non velimus. Nihilominus,
quia D. Quenstedt in Systemate suo Theologico, quod in
multorum etiam in Wirtembergia manibus est, multa de hac
materia scripsit, & sententiam Theologis Tubingensibus im-
posuit, quæ in ipsorum mentem non venit. Deinde etiam
à Theologis Saxonis secessit, & sic in propria vineta grasse-
tus est, ideoque vindicias tūm pro nostris Theologis, tūm
pro Saxonis adornabimus; sine labore sed verbis amicissimis,
uti Theologum decet. Nihil enim scandaliosius est, quam
si Res fidei sine Amore tractantur & cum Felle & amaritudine.

Ut verò ordine procedamus, ante omnia Argumenta
Tubingensium Theol. producemus.

Argu-

Argumenta Theologorum Tubingenium.

Primum desumunt à Personalitatis communicatæ *Infinitudine*. Quicquid enim in infinita τελόγια ὑποσάσται personaliter subsistit, illud vi infinitæ hujus ὑποσάστων non potest non omnibus rebus creatis præsens adesse. Ratio Consequentia est. **Q**uiacquid ὑπόστασις τελόγια per infinitam habet naturam, id caro ἐνυπόστασι habet per assumptionis gratiam. Atqui caro Christi in conceptione assumpta, in infinita τελόγια ὑποσάσται personaliter subsistit. Ergo caro assumpta vi assumptionis in infinitam τελόγια ὑπόστασι (in qua non nisi infinitè subsistit) non potest non omnibus rebus adesse. II. Ab unione duarum in Christo naturarum, earumque περιχώρησι reali ac mutua. Argumentum potest esse tale: **Q**uæcunque sibi invicem in infinita aliqua ὑποσάσται, tanquam in termino, personaliter ita indivisiæ, inseparabiliter, indistanter, & indivulsè unitæ sunt, ut inter illa intercedat quoque vera & realis περιχώρησι. illa vi infinitæ ὑποσάστων, inque ea factæ unionis & περιχώρηστων, non possunt non omnibus rebus creatis adesse. Atque Divina & humana Christi natura in infinita τελόγια ὑποσάσται tanquam in termino personaliter ita indivisiæ, inseparabiliter, indistanter, & indivulsè sibi invicem unitæ sunt, ut inter illas intercedat vera & realis περιχώρησι. Ergo Divina & humana natura, vi infinitæ ὑποσάστων, & in ea factæ unionis & περιχώρησεων, non possunt non omnibus rebus creatis adesse. III. A descriptione Incarnationis, quæ 1. Tim. 3. v. 16. Col. 2. v. 9. aliisque in locis INHABITATIONE definitur. Argumentum sit tale: Si λόγος TANTUM est in assumpta sibi que personaliter unita ac realiter appropriata carne, sequitur, aut λόγον detractum esse in hac carne ad aliquam finitatem, quod est contra naturam τελόγια: aut contra, naturam humana evertam esse ad infinitam ὑπόστασιν, in qua non nisi infinitè subsistere, ac consequenter vi infinitæ hujus ὑποσάστων omnibus rebus creatis in Cœlo & in terra adesse potest. Sed

Sed quid ad evidētia hēc pro universali Christi θεοθρόνis præsentia respondet nobis Menzerns? Unio τῇ λόγῳ (inquit) & carnis personalis non est Omnipræsentia, h. e. apud omnes Creaturas præsentia; nam hēc ad omnes Creaturas refertur, ut patet vel ex ipso nomine; Unio verò est inter solum τὸν λόγον & carnem in infinita persona τῇ λόγῳ, ad quem nulla alia creatura pertingere potest. Regnat hic περιχώρησις duarum naturarum personalis, quām confundere cum omnipræsentia apud creature non decet. Hinc nuspīam est extra carnem ὁ λόγος, nuspīam extra τὸν λόγον caro. Existētia personæ est: Ubi ubi ergo ὁ λόγος, non est extra suam carnem: Ubi ubi caro, non est extra τὸν λόγον. Unitas enim personæ τὸ extra ferre non potest. Hic consensus est inter nos optimus. Nam præsentia τῇ λόγῳ ad carnem & carnis ad τὸν λόγον mutua, non est ipsa omnipræsentia, h. e. apud omnes creature præsentia, uti dixi: Sed tamen est communicationis Idiomatum, & sic etiam Majestatis omnipræsentia communicaū fundamentum primum (h. e. remotum.) Dignitatem verò D. T. R. hisce in verbis ad Argumenta nostra directè & explicitè non respondisse, nec argumentorum nostrorum nervos incidisse, omnes cordati vident. Quis enim unquam ex nostris dixit aut scripsit, Unionem τῇ λόγῳ & Carnis esse ipsam Omnipræsentiam? Assumptio, unio & communio Omnipræsentia, ceu immediati consequentis, causa sunt, ex qua universalis seu generalis Christi θεοθρόνis Omnipræsentia deducitur & demonstratur; non vero ipsa omnipræsentia. Præter meritum ergo accusamur, quod Omnipræsentiam cum assumptione, unione & communione seu περιχώρησις confundamus: quid? quod D. T. R. in allegatis verbis nostram sententiam roborat, propria autem evertit. Si enim ex sententia D. T. R. nuspīam est extra carnem ὁ λόγος, nuspīam extra τὸν λόγον caro, Argum. nostrum II. supra pro universali Christi θεοθρόνis præsentia afferenda adductum, non potest non militare, ac D. T. R. propriam sententiam infringere.

Hēc Tübingerſes.

D

Dn,

DN. D. QUENSTEDTHI Judicium.

De Sententia Wirtemb. Theol.

Transimus nunc ad examen Sententiae Quenstedii, quām non possumus melius exprimere, quam ex ipsius verbis: Ita autem ille conatus est Theologorum Wirtembergorum Sententiam refutare.

Argumenta, *inquit*, Tbingensium pro universali Majestatis Omnipræsentia, in statu humiliationis usurpatione, hæc sunt præcipua I. *Quicquid actu subsistit in infinita hypostasi τε λόγος, omnia actu replete, illud statim & semper omnia actu replete;* Atqui caro Christi in infimo etiam *Exinanitionis statu*, à primo punto conceptionis semper actu subsistit in infinita hypostasi τε λόγος, omnia actu replete, Ergo Resp. (1.) Major sic limitanda est: Quod subsistit in λόγος personā, omnia actu replete, illud statim & semper omnia actu replete, seu omnibus creaturis gubernandis actu præsens est, subintellige i. Si velit 2. si se ista των πάντων πληρότεραι seu omnipræsentia gubernatrice non vacuavit; Ast Christus juxta humanam naturam in diebus carnis sux non voluit semper & indefinenter omnia implere, sed ista omnium impletione seu apud creaturas gubernandas omnipræsentia fese tunc revera vacuavit, atque sic retraxit illam Majestatis Omnipræsentia univerſalem usurpationem (2.) Causa Majestatis Omnipræsentia Christi, quā homo est, apud creaturas universaliter & indefinenter usurpatæ, non est sola ejusdem in infinita Filii DEI *ὑπόστασι* illo calis subsistentia, sed etiam liberrima voluntas, exaltatio ad dextram DEI Patris Ephes. IV. 10. (3.) Consequentia non est necessaria: *Caro in Exinanitione præsens fuit τῷ λόγῳ personaliter & indistincter* (qui præsentia modus plane singularis est,) Ergo etiam caro in Exinanitione præsens fuit omnibus creaturis, qui universalis præsentia modus ab illo personali longè diversissimus est. Unde liquet, ex præsentia personali inter τὸν λόγον & carnem, durante

rante Exinanitione, non concludi immediate & necessario præsentiam universalem apud omnes creaturas. Responsum ergo ad illam consequentiam: Si caro in Exinanitione indistanter adfuit τῷ λόγῳ, Ergo fuit etiam omnipræsens creaturis. Limitando; Nisi impedimentum Exinanitio attulisset plenariæ usurpationi communicatæ Majestatis. Menz. I. c.

II. Argument. Quæcumque sibi invicem personaliter & profundissimè unita sunt, ut unum alterum secum, intra se & penes se, indivisi, inseparabiliter indistanter habeat, illa non solum sibi sunt præsentissimè præsentia, sed etiam, ubicunque unum unibilium ponitur ad creaturas, ibi ut & alterum ponatur, necesse est. Atqui duæ naturæ in Christo ita profundissimè ab ipso conceptionis punto unita sunt, &c. Ergo Respond. (1.) per limitationem propositionis Majoris. Quæ sibi personaliter ita profundissimè unita sunt, ut &c. illa non solum sibi sunt præsentissimè præsentia, sed ubicunque etiam unum unibilium ponitur ad creaturas, ibi ut & alterum ponatur, necesse est, uni illi unibilium præsens. Si enim usurpiam unum hypostaticè unitorum ab altero distaret, statim Emergeret inter illa unita διάστασις & rumperetur unio, & præsentia unitissima desineret. Respond. (2.) per negationem majoris, hoc modo intellectæ; Quæ duo per profundissimam διάχωρην & νοονειαν intimam sunt indistanter unita, illorum utrumque statim & semper omnibus gubernandis creaturis fuit præsens, quia est elenchus causæ solitariorum. Nam unio hypostatica, quia facta simul fuit νέωσις universalis usurpationis communicata Divinæ Majestatis, haec tenuis non statim importavit actualem Omnipræsentiam humanæ naturæ apud creaturas. Respond. (3.) Positio præsentiaæ intimæ, quia νέωσις intervenerat, non statim secum traxit, positionem universalis usus Majestatis Omnipræsentiaæ apud creaturas, adeoque non sequitur; Οὐδέ γά à factâ incarnatione sibi & secum ubique ἀδιάστατη & unitam & præsentem habuit suam humanitatem, Ergo statim eam adhibuit omnibus creaturis, præsenter gubernandis omnipræsentem. Ad conservationem unionis personalis indistruptæ sufficit, ut duas naturæ absque

D 2

respe-

respectu creaturarum & locorum sibi invicem præsentes fint, neque necesse est, ut una statim sit, in respectu ad creaturas & loca, ubi est altera. Duæ Christi naturæ *αἰδινές αὐτος, αἰχμηγίσως, αἰδινεργήτως καὶ αἰδινεπότατος* in nullo totius universi *ώστε* à se invicem distant, inde tamen non sequitur, quod propterea caro à primo statim conceptionis puncto cunctis creaturis gubernandis fuerit præsens. Aliud est. non possidere Divinam Majestatem, & aliud, ea non uti, illud dissolvit unionem, non hoc.

Denique Dn. Quenstedt ex Feurbornio & Menzero hæc absurdæ ex sententia Tübingensium collegit & sua fecit. I. Stante, inquit, illa assertione, Christum hominem à primo Conceptionis momento, (diverso licet modo, seu personaliter) apud omnes creaturas indistanter, sive propinquitate substanciali præsentem fuisse, tūm hanc inexplicabilem & inevitabilem difficultatem sequi, quod corpus Christi tempore gestationis in utero Mariæ Virginis, fuerit etiam extra uterum, si non localiter, attamen illocaliter in utero omnium Virginum, mulierum, puerorum, virorum, sive, quod substancialiter divinè præsens apud quemlibet cuiuslibet hominis uterum fuerit. Et cum ex utero Matris prodiret, nihilominus in utero manserit. Porro illos, qui docent, Christum secundum carnem assumptam etiam in morte fuisse omnipræsentem, necesse habere, affirmare, quod Christi *corpus mortuum, crucifixum & deinde sepultum omnibus & singulis creaturis, adeoque & anima sua* fuerit indistanter, in Paradiso præsens. Atque sic negari veritatem mortis & sepulturae Christi hominis. Nam in morte corpus quiescit ab actionibus vitalibus. At præfenter gubernare omnia, est actio vitalis, seu ejus, quod vivit. Item; Triduo mortis Christi anima fuit verè separata à suo corpore. An ergo tūm *corpus anima expers, omniscienter omnia direxit in toto Universo?* Hæc D. Quenstedt, quaç tamen omnia intentata absurdæ discussit Scherzeri. Addimus pauca.

Respon-

RESPONSIΟ

Ad Exceptionem Dn. Quenstedt.

Prima Exceptio est, quod Christus omnia replere potuisse, si voluisset. At Christum non voluisse omnia replere, sed sese evanescere, atque retraxisse Universalem Usurpationem suę Omnipræsentię.

Verum nullibi in tota Scriptura locum invenire potuimus, ubi dicatur Christum in Statu Exinanitionis non voluisse replere omnia & retraxisse Universalem Omnipræsentię Usurpationem: Deinde stante hac D. Quenstedii assertione, sequeretur, quod Christus non voluerit permanere in Unione Personali: Nam si Divina Christi Natura omnia replevit, & Humana Natura non omnia replevit, quia non voluit, tum ipse voluit dissolvere UNIONEM. Sic enim infert Lutherns & ex eo ac cum eo D. Scherzerus. Si locum aliquem monstrares, in quo solus DEUS non autem Homo esset, jam statim persona dividetur. Quocunque locorum DEum collocaveris, eo etiam humanitatem Christi una collocare Te oportebit. At Quenstedt collocat Verbum ad omnes Creaturas, ergo etiam Humanitatem eo collocare debet, aut solvit Unionem Personalem.

Porro recte dixit Theologus multis meritis clarissimus & Celeberrimus D. Calovius. Prout λόγος non solum fuit in Utero Mariæ, et si ibi solum assumserit Carnem, sed etiam extra Uterum. Ita Caro τὸ λόγος, quæ nunquam non adest τῷ λόγῳ, non solum fuit NB. in Utero Mariæ, et si illic solum concepta & assumta fuerit; sed etiam NB. extra Uterum. Calculum addit D. Gerhardus; qui ait: *Ubi ponis λόγον, ibi etiam Te oportet ponere Carnem, ne introducatur Nestoriana Personæ divisio.* Ac necessarium est ponere λόγον Ubique atque omnibus Creaturis præsentissimum: Ergo juxta D. Gerhardum, etiam Carnem oportet ponere præsentissimam omnibus Creaturis, ne Nestoriana Personæ dissolutio fiat.

D,

Non

4

4b.

4c.

4d.

4e.

5

Non itaque fundamentum *Omnipræsentia Carnis Christi* est ejus Voluntas, ut censem Quenstedt, sed ejus Subsistentia in Persona $\tau\epsilon\lambda\gamma\sigma$, quæ quidem ante assumptionem liberæ fuit Voluntatis, facta tamen illa assumptione per *Incarnationem*, consequens ejus est Necessarium; hoc ipso, quia hæc *Unio inter λόγον & carnem* est arctissima, & ex ipso Consilio Divino indissolubilis, adeoque ex *hypothesi*, ne quidem *Possibilis amplius*.

Ad ea, quæ in secundo Argumento Tubingensium Theologorum à Dn. D. Quenstedio deposita sunt, difficile ideo est respondere, quia primò confundit ea, quæ arbitra *Decisione & Apologia* Dn. Theologorum Saxoniorum probè distinguenda sunt. Quippe aliud est *OMNIPRÆSENTIA CARNIS Christi*, & Aliud est *REGIMENTUM ejus UNIVERSALE*. *OMNIPRÆSENTIA Carnis Christi*, est ex Personali UNIONE: Regimen autem universale aliud *Fundamentum* habet. Hinc Dni Saxonici Theologi in Judicio suo Theologico, ita ajunt: *Num Christus secundum CARNEM in Statu Exinanitionis*, per Indistantiam adfuerit omnibus Creaturis, licet *PLENARIE* eas non gubernarit, *vix adducor, ut credam*. Dn. Gieffenses negative responsuros. Nam, ait, & arguit invictè Autor Judicij illius, probans id ex *Infinite Hypostaseos Communione*. *Quibus infinita hypostaseo propinqua est*, illis etiam propinquum estid, quod in illa infinita subsistit. At *Infinita τε λόγος Hypostasis propinqua est omnibus Creaturis*: Ergo illis quoque *CARO Christi propinqua est*; quippe quæ in illa *Infinita Hypostasi* subsistit. Alias sequeretur hoc *Absurdum Hypostasin vel Subsistentiam esse propinquam*, non tamen *Subsistens*.

Secundò, licet Tubingenses Regimen & plenarium. Usum *Potentia Divinæ* etiam in Exinanitionis Statu olim licet latenter tantum, statuerint; impræsentiarum tamen id primò queritur, an *Christus secundum Humanam Naturam VI Hypostaseos communicata fuerit omnibus Creaturis Præsens*, præscindendo à *plenario* Usu & Exercitio *Potentia*; de hoc enim puncto alia deinceps est quæstio.

Hinc frustra responsionis loco addita sunt ea, quæ tamen pro Basi sua Sententiæ ponit, *inquiens*, *Duæ Christi Naturæ ἀδιασάτως, ἀχωρίστως, αἰδιαμέτως καὶ ἀδιαταύτως* in nullo totius uni-

universi περὶ à se invicem distant, inde tamen non sequitur, quod propterea caro à primo statim conceptionis puncto cunctis creaturis gubernandis fuerit præsens. Aliud est, non possidere Divinam Majestatem, & aliud, ea non uti, illud dissolvit unionem, non hoc.

Frustrà, inquam, hæc dicuntur, quia confunduntur *Omnipræsentia Carnis Christi*, & Regimen ejus Universale in omnes Creaturas. Distincta enim esse, multis Argumentis probat accuratissimus D. Scherzerus in Systemate Theologico, ubi multis Argumentis Omnipræsentiam Carnis Christi etiam in Statu Exinanitionis probat; negat autem *plenarium Regimen* in eodem Statu, & sic necessariò pro distinctissimis habet.

Quòd denique absurdia illa attinet, quæ collegit Dn. D. Quenstedt ex Menzero & Feurbornio illa non tam nos premunt, quam Dn. Saxonicos. Undè laudatus ante Scherzerus p. 139. ita absurdia illa discutit, vel ridet.

Urgent, inquit, si caro fuit præsens omnibus creaturis, sequitur, quod fuerit simùl in utero & extra uterum Mariæ. Respondeo ita: Repete verba Dn. Calovii, & mirare, hoc argumentum Jesuiticum objicere illos, quibus Jesuitæ sunt hæretici. At (inquis) si fuit extra uterum, ergò etiam extra uterum Mariæ fuit concepta, quod absurdum. Respondeo: Perinde ac si dicas: si ὁ λόγος etiam fuit extra uterum, ergo extra Uterum Mariæ assumpsit carnem. Si Deus fuit extra montem Sinai, dum tulit legem, ergò etiam extra montem tulit legem. Si Caro Christi est in celo, dum in his terris sacramentaliter comeditur, ergò etiam in celis comeditur sacramentaliter. Nugæ! Non enim eadem ubique competit illi, quod est ubique, cum ne anima quidem, quæ simùl in capite & pede est, ideo in calcaneo intelligat, quia intelligit in capite. Pergunt, ait Dn. Scherzer.

Sic tolli exinanitionem, si maneret præsentia propinquitatis. Respondeo: Sic tolleretur exinanitio, si maneret præsentia Dominii, seu modifícata & totalis, hoc est, *propinquitas cum domino* & *præsentia majestatica*. Benè verò consistit exinanitio cum *præsentia simplice*, *partiali* & *humili*, nempe cum *propinquitate*.


pinquitate substantiae sine dominio. Christus enim Dominio & forma Dei, quæ consistit in dominio Majestatico, sese eva-
cuasse legitur; propinquitatem verò substantialem deposuisse,
(quod salva unione personali fuit impossibile) nullibi in Sa-
cris dicitur. Sicut enim propinqua substantialis in cruce potuit
esse sine dominio, (aliàs non potuisset crucifigi) ita etiam sese
res habet cum propinquitate apud alias creatureas.

Ex dictis colligere licet, Quæ & Quanta Inconvenientia ex
Sententia D. Quenstedtii pullulent.

Primum est, quod stante ejus Sententia sequatur in
Christo duas fuisse Personalitates; Aliam quæ Verbi sive Filii
DEI fuit; aliam quæ fuit Humana Natura. Aliam quæ fuit
Infinita, Omnipræsentiam ad omnes Creaturas fundans. Aliam
Finitam, quæ certo loco affixa, paucissimis Creaturis præfens
fuit. Tertiò aliam, quæ fuit Necessaria; aliam, quæ Libere
Voluntatis, & Usurpationis. Aliam, quæ secum habuit in
suo conceptu Regimen Universi, atque adeò involvit Omnioper-
ationem; Aliam, quæ excludit Regimen Universi, atque Ope-
rationes in Creaturas. Aliam quæ in pleno Uso & Actu Se-
cundo fuit; ut est Personalitas in Filio DEI: Aliam, ubi Actus tan-
tum Primus, ut in Humana Natura. Aliam, quæ sedit ad
Dextram DEI; Alteram, quæ non sedit ad Dextram DEI:
Aliam, quæ habuit Majestatem DEI; aliam quæ non habuit
Majestatem, sed in Statu merè servili fuit. Quæ diversitates
annon totidem intentatæ rupturit unionis personalis doctiori-
bus relinquimus ponderanda. Tacemus alia. De distin-
ctione inter Præsentiam Intimam & extimam, quam rectè etiam
D. Scherzerus rejicit alibi copiosius.

Ceterum, ut suprà jam diximus, nolumus recoquere hanc
item, sed gratulamur nobis, quòd sapè laudatus Dn. Scher-
zerus tam egregiè in hoc puncto pro nobis steterit, & Dn.
Calvins Prof. Wittenbergensis pariter Omnipræsentiam Carnis
Christi, etiam in Statu Exinanitionis
defenderit.

E I N . I S .







(11)

S. X. *...o lo in finis rati...orum maneat sententia, qui per Tem-
hic parva tempa ad formam templi E-
parvo Dianæ simulacro a Demetrio & o-
ex argento efficta & elaborata fuisse sta-
tem in textu nostro præcise est additum,
ne notante Pricio, sumendum
em ejusmodi nugamenta ex auro quo-
imo ligno fieri consueverant, uti ex su-
aliunde satis constat.*

S. XI. *in loco quædam de templo Ephesiae Dia-
celebratissimo, ejusque structura anificio-
epositæ magna, donariisque eximiis di-
l a pluribus jam eruditis esset præstatum,
i habes apud Clarissimum Virum Jo. Al-
an Bibliographia antiquaria Cap. IX. §. 19.
im hic annotasse forte non ingratum erit,
pecunia, quam ex præda comparave-
d Megabyzum deposuerat, extruxisse Sci-
vum in honorem Dianæ, ad similitudi-
nus templi Ephesini. Qua de re ipsius
V. de Expeditione Cyri p. 274. sic scri-
re hubet: Επεὶ δὲ ἔστη τοῖς Σενοφῶν, κατοικεῖται
, εἰπό τῶν Δαρειοφυλίων οὐδεὶν τοῦτο τὸν
Μεγάλους θεοὺς οὐδὲ Ολυμπίαν Θεοφύσιον, καθάπο-
τερον αὐτῷ. Σενοφῶν δὲ λέγει, χωεῖσ αὐτοῖ-
αιεν ὁ Θεός. ἔτυχε δὲ σταύρον δῆλον τοῦτο χωεῖσ
αὶ ἐν Εφέσῳ δὲ τοῦτο τὸν τοῦ Εφεσίας Αργέμι-
σταύρον τοις αρρεφέσι, καὶ ἵχθυες δὲ ἐν ἀμφοτέροις
δὲ τῷ Σκιλετῷ χωεῖσ καὶ θηραὶ τούτων ὄντοσα
το. ἐποίησε δὲ καὶ ταῦτα καὶ βωμὸν δέπο τοῦτο
τὸν αἵτιναν τὰ ἐπ τοῦτο αὐτῷ ὥραῖσ, Συστα-
τικα Joh. Lewenklaius ita latine vertit:
esset in exilio Xenophon, ac jam Scilunte ha-
bitum a Lacedamonitis propter Olympiam con-
ditum*